Heiligenkreuz (?), Wende 13./14. Jh. (?)

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



Dixerat dominus discipulis suis. Quo ego uado scitis. et
uiam scitis. Cui thomas dixit. Domine nescimus quo
uadis. et quomodo possumus uiam scire. Thomas dicitur didi
mus. i. dubius uel dubitans. Non ipse dubitat. alios etiam dubi
tare credebat. unde et dicebat. Domine nescimus quo uadis. Sed quia
eum scire magistri ueritatis. qui sciebant eum. et qui ipse est uia. uia
sciebant. et ipse est ueritas et uita. et eum sciebant. Quare sciebat
ueritatem et uitam. adque ipse uadit. est ueritatem et uitam. Quia sciebat
esse secundum hominem. glorificatum esse deum. Unde plane conuicit
eos scire. quod se nescire putabant. cum dixit. Ego sum uia. ueritas et
uita. et est sensus. Ego sum uia. scilicet quam est eundum. et ueritas.
adque uenendum. et uita. in qua est permanendum. Ego sum uia.
sine errore. ueritas sine falsitate. uita sine morte. Ego sum
uia. in exemplo. ueritas. in promisso. uita. in premio. Ego sum uia
abilis. ueritas irreuocabilis. uita interminabilis. Ego sum uia.
lata et spaciosa. ueritas. potens et copiosa. uita delectabilis et gloriosa.
Ego sum uia. in sapientia. ueritas. in scientia. uita. in prudentia.
Ego sum uia. lucens et serena. ueritas. nitens absque pena. uita
felix et amena. Ego sum uia. in patibulo. ueritas. in infinito. uita
in resurrectionis gaudio. Ego sum uia. in qua non est spina uel tri
bulus. ueritas. in qua nullus non est falsitatis stimulus. uita. in qua reu
uiscit mortuus. Ego sum uia recta. ueritas perfecta. uita sine
fine permansura. Ego sum uia reconciliationis. ueritas retribu
tionis. uita. et sine beatitudinis. Nemo uenit ad patrem nisi per me.
Ac si diceret. Nemo uenit ad me ueritatem et uitam. nisi per me uiam.
i. nemo uenit ad me deum nisi per hominem assumptum. Ego per
assumptam carnem. mortalibus facto uiam. per quam uenitur ad uita